Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35496
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



compuit sive non Nos in dicta causa cum parte dicti
domini Abbatis et conventus monasterii prelibati ut de
iure fuerit procedendum suffragante domino pro
cedemus. Datum ut supra etc.

Forma citacionis que procedit ab ordinario vel ab officiali qui ad causas

Tohes canonicus Ecclesie pragensis discreto viro domino
Rectori Ecclesie parochialis in tali loco Salutem in
domino. Vobis mandamus quatenus talem citetis quem et nos
peremptorie citamus in presentibus ut feria tercia post
nunc instans festum Sancti Tohis Baptiste in consisto
rio pragensi compareat tali clerico vel presbitero super
testamento vel super decimis vel super iniuriis
et alias de iusticia responsurus. Datum pragensis etc.

Forma citacionis ab administratoribus a capitulo quorum electis et in solidum vacante sede episcopali.

Albertus Sanctus Ecclesie pragensis canonici et admi
nistratores in spiritualibus ecclesie pragensis per venerabile
capitulum eiusdem pragensis Ecclesie vacante nunc episcopali
sede specialiter et in solidum deputati discretis viris
et dominis Sanctorum Nicolai et Magdalene civitatis
pragensis Ecclesiarum Rectoribus Salutem in domino. Vacante
nuper altare sacratissimi corporis Christi in dicta
ecclesia sancte Magdalene per mortem domini B. ultimi
ipsius altaris ministri A. b. c. d. e. ius presentandi seu
patronatus dicti altaris ad se pertinentes dicentes
nobis h. clericum de tali loco ad dictum altare in
stituendum suis patentibus iuris presentarunt
Sed quia f. g. h. i. k. ius presentandi seu patro
natus eiusdem altaris sibi similiter vendicantes
id asseverant ad se pertinere de iure Nos de iure
suo quemlibet fovere volentes vobis et cuilibet